militia quod non potest numerari, tam copiosa est quod non potest finiri, tam preciosa quod non potest estimari. Augustinus. Est quod promittit deus, fides non capit, spes non attingit, caritas non comprehendit, desiderium et votum transcendit; acquiri potest, estimari non potest. Ibi sunt, Augustinus, carmina non desistunt, premia non deficiunt, ubi quod cadit non decidit, ubi nil desideratur quod non assit. Illa beatitudo sicut dicit Augustinus in duobus consistit scilicet in necessaria presentia omnis boni et in eterna absentia omnis mali. De ista gloria sic loquitur Augustinus: O vita vitalis dulcis et amabilis semper memorabilis ubi summa securitas, summa tranquillitas, tranquilla iocunditas, iocunda felicitas, felix eternitas, eterna beatitudo et beati tui sunt sine visio cuius laudatio dei. Ibi affluentia deliciarum, influentia deliciarum, confluentia bonorum. Denique de gaudiis celestibus nota ubi mentem nemo preter deum diligit, amando fruendo possidere corpus potentes nil pulchrum voluptas plena habent absque pari. Ipsorum amicicia concordia plena, potestas perpes, securitas deus et gaudium sanctorum, gaudia perpes regnantes libertas, secura innocentes. Nota peccatis supplices punientur, dimittes vel dolentes laudes. Anceolum martiris, doctoris, virginis, quam merent. Fructum centesimum, sexagesimum, quam trigesimum virginibus viduis et coniugibus conveniunt. Hec Thomas de vero theologo ubi vult.

Celestium distinctio. Corporalis autem machina consistit in duobus scilicet in natura celesti et in natura elementari. Celestis autem distinguitur in tres celos principales scilicet empireum, cristallinum et firmamentum. Inferius vero firmamento quod est celum stellatum continentur septem orbes septem planetarum qui sunt Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius et Luna. Nomine autem celi cristallini sive aquei intelligitur prima pars materie informe que fuit post formatum et in duos orbes quorum superior est primum mobile, istorum orbium natura est quod omnes movet excepto celo empireo quod quietum est. Natura vero elementaris in quatuor species principales distinguitur scilicet ignis aeris terre et aque. Sphera igitur terra habet mansionem videlicet supremum quod vocatur igneum et medium ac infimum quod vocatur olimpum. Aer similiter habet tres mansiones. Supremum quod vocatur ethereum ac medium et infimum quod dicitur aereum. Et in supremo est calor et lux propter solis propinquitatem. Similiter est in infimo propter repercussionem radiorum solarium a terra. In medio autem intenso ad quod non potest attingere repercussio radiorum est frigiditas et obscuritas

in quo dicitur habitare demones qui de celo ceciderunt in hunc aerem caliginosum; ubi etiam fiunt tempestates scilicet tonitrua grandines nives etc. Ex hiis collige septem orbes terre et aque ambientes quos omnes preter celum vocamus; istos autem omnes excellit celum trinitatis in quo est deus qui est in omnibus et super omnia. Distantia dictorum orbium et planetarum hec est. A terra usque ad lunam sunt miliaria decem milia quingenta milia sexaginta viginti quinque et hec faciunt stadia octo. A luna usque ad mercurium sunt miliaria xvi milia octigenta xvi et semisse. A mercurio usque ad venerem tantundem. A venere usque ad solem miliaria xxiiii milia quadringenta tigenta tria dimidium. A sole usque ad martem miliaria xv milia sexagenta xxxv. A marte usque ad iovem vii milia octigenta xvi milia. A iove usque ad saturnum tantundem. A saturno usque ad firmamentum stellatum miliaria xxxxvii(?) milia quadringenta xxxxvii dimidium. Ex hiis sequitur quod a terra usque ad celum stellatum sunt miliaria c milia nongenta milia trecenta lxxv quinque milia. Celum est corpus primum natura simplicissime essentie, subtilissime incorruptibilitate, solidissime quantitatis numerum constitutione lucidum, symphonie perpetuum, materia purissimum, figura sphericum, loco supremum, amplitudine aliorum continens in se continentium. Iste proprietates tam celo conveniunt empireo quam primo mobili. Sed proprie hoc celum empireum a motu est et intuens bonorum spirituum habitaculum speciale, sedes dei incomparabile. Sed primo mobili specialiter convenit quod est motu velocissimum et in influxione virtutis influxivum. Tercio dicendum est de firmamento quod plane convenient ei de proprietatibus predictis et insuper est aliquarum divisionum ac stellis decoratum. Corpora celestia dividuntur in lucentia et non lucentia et symphonia. Nam corpus lucens est sol qui solus inter sidera per se lucet. Sed non lucentia per se sunt stelle cetere et planete que lumen suum a sole mutuant. Corpora autem symphona sunt omnes spere celestes; spere vero celestes non moventur non mutant locum suum sed moventur in loco suo. Superiores influunt inferioribus virtute motiva vegetativa sensitiva ac omnium generabilium productiva.

Sicut etiam qualitatibus elementaribus non enim sunt calida frigida sicca vel humida ad esse eum aut in superioribus. Verumtamen non influunt super liberum arbitrium nec habent virtutem immutandi hominis voluntatem, sed bene immutant ac disponunt complexionem hominis quam voluntas non habet corrigere, quod secundum magis et minus in diversis hominibus inclinare. Operantur etiam corpora superiora distinctionem significationum diei secundum lumen solis et secundum distinctionem mensium secundum distinctionem ac motum lune annorum secundum motum solis in obliquo circulo ac distinctionem temporum secundum varium cursum planetarum distinctionem et concursum aspectuum et dispensationem rerum generationum et similium. Hec Thomas de veritate theologie libro secundo capitulo tertio et quarto.

Celum videtur esse triplex ut dicit Augustinus de ingressu vere vite sic ingressus Stephanus quod non corporeis oculis dominum in celo ultra firmamentum vidit cum nullius hominis visus ullo modo usque ad celum pertingere possit sed etiam oratio illa in qua Stephanus stetit Christum supra firmamentum in domo aliqua fuit cuius tecti culmine ipsius corporis oculis nullo modo penetrare potuit. Constat igitur quod nec oculo sed intuitu interioris hominis non corpore sed intelligibili celo viderit. Sed hec fortassis ab aliquibus celum superius dicitur stellas esse in firmamento spacia et visio nostra firmamentum attingere dicitur eas videmus. Visus enim oculi nostri firmamentum attingit quia stellas conspicimus non enim totum aeris spacium in mare penetrabit quia motus corporum solidorum corpora conspicimus sed cum in mari in motis aspectu motibus nichil in aere undique conspicitur ita utique sensibus solidis videmus corporibus sublatis nichil in aere videtur. Quamvis autem ab aere est usque ad firmamentum a nobis nequaquam videtur propter ipsius spacii longitudinem et ob nimiam sue subtilitatem. Quod si forte obicitur quod apostolus usque ad tertium celum raptus fuit, dicendum quod tres celos hystorialiter appellat et tres significative nuncupari. Hic quippe aer primum celum hystorialiter vocatur secundum quod volucres celi que in celo id est in aere volare videntur. Secundum celum ether nominatur ubi stelle celi quia in eo planete vagos cursus ferunt. Tertium celum appellatur firmamentum secundum quod dicitur celi quia stelle in eo fixe producuntur. Significative quoque tres celi leguntur quia tres visiones scilicet sensualis spiritualis et intellectualis a sapientibus non nescitur. Sensualis quippe visio est qua colores et formas rerum exteriorum cernimus sed

mentis aliud celatur nec sensibus significatur ad intelligentiam. Hec est visio prima et sensibile celum nominatur quia in spiritus intelligentia celatur. Celum enim a celando denominatur. Secunda visio spiritualis est qua non res sed ymagines similes rebus spiritualiter videmus sicut in sompnis solemus et sicut Johannem in apocalipsi et prophetas multos vidisse novimus. Et hec visio secundum celum nuncupatur quia vere res in his similitudinibus celantur. Tertia visio est intellectualis qua neque res exterius neque ymagines rerum interius sed ipsas substantias puro mentis que sunt abstracte a corporibus intellectu conspicimus et unumquodque qualiter inter se differunt conspicimus. Et hec visio tertium celum vocatur quia veritas rerum in hac sicut in celo sublimis celatur. Igitur sicut apostolus raptus est in tertium, non ad corporeum celum vel firmamentum est perductus sicut alii extra corpus quam magis videtur, nec utique ad intellectuale celum raptus creditur in quo essentiam divinitatis sine et omnes incognitas substantias pure sicut non sensibus quod neque sicut non per corpus nec spiritualiter quod non fit nisi per ymagines rebus similes sed veraciter quod non fit nisi ipso intellectu vidisse cognoscitur. Angeli vel iusti quidem similitudine celi nuncupantur quia in secreto dei humanis visibus celantur. Et econtra demones vel impii tenebre appellantur quia in tormentis a nobis occultantur. Hec Augustinus ubi supra.

Celorum autem in superiorem regnum non urbium menia nec possessionum predia nec auri vel gemmarum copia nec supellex varia sed iusticia et pax et omnino gloria in pleno gaudio consistunt quod de visione divine claritatis et de societate angelorum et sanctorum habetur. Deus autem eterna lux et splendor est et est in mundo et extra mundum et in omni creatura et replet omnes circumscriptione. Hec dicit quod regnum celorum intra vos est. Hec Augustinus ubi supra. Sicut celi aperti sunt Christo baptizato in figuram quod per baptismum datur celestia secreta et sicut in celo celatur deus sicut in scripturis absconditur eius voluntas et secundum hoc celum corporale omnes homines videre non autem apparens dum misteria sic et scripturas divinas omnes quidem homines legunt non tamen omnes intelligunt. Sic dominus veritatis positum in scripturis fuit baptizatus ut acciperet spiritum sanctum. Et apostolus autem baptizatur in spiritu sancto clamare cum ante scriptum de Christo secundum scriptum est Luce xxiiii. Deinde tandem omnibus que apostoli dixerunt spiritu sancto eos implevit repente etc. Et vero forte dicitur aperti

sunt si celi et inferni. hoc Crisostomus omelia xliiii super Matheum. Et celum est locus vincentium, terra pugnantium, infernus victorum. hoc Crisostomus omelia xxvi. Aliter super 1° textu predicante dicentes appropinquabit regnum celorum Mt x°. Quarto regnum celorum quinque modis accipitur. Primo pro ecclesia militante ut ibi Qui solverit unum de mandatis istis minimis minimus vocabitur in regno celorum Mt v°. Ad quod Gregorius exponit de ecclesia militante. Secundo accipitur pro ecclesia triumphante ut ibi Beati pauperes spiritu etc. Tercio pro lege mosaica ut ibi Auferetur a vobis regnum dei et dabitur etc. quia vere intellectus veteris testamenti ablatus est a iudeis propter sua peccata et datus est christianis. Quarto pro evangelio ut ibi Omnis scriba doctus in regno celorum Mt xiii°, quia doctores catholici proferunt testimonia de novo testamento et per consequens de veteri quod includitur in ipso. Quinto pro mediatore vite ut exposicio prima cantico super ipso christo ut ibi Si in digito dei eicio demonia profecto venit in vos regnum dei, id est christus dator istius regni per eiectionem demonum virtute dei probatur Lc xi° et Luc

Quidam fecit cenam magnam Luc xiiii°. Vocatur est pastus novissimus post quem nullus in qua vocantur qui dicitur magnus quadrupliciter. Ratione vocantis, ratione magnitudinis, ratione durationis, ratione multitudinis convivarum, et ratione preciositatis epularum. Primo ratione vocantis quia deus est vocans dominus ihesus christus deus et homo de quo Ecclesiastici viii° vir de mille unum reperi cui nullus potest parari. Secundo ratione durationis quia cepit a principio mundi in confirmatione angelorum ad primum parendum postea et durabit eternum. Tercio ratione multitudinis convivarum quia decies milies centena milia angelorum ex testimonio Danielis assistebant ei. Dicitur angelica quinta adaugendus et ad omnes homines predestinati ad gloriam ad ordines succedent angelorum. Quarto ratione preciositatis epularum quia divinitate et humanitate christi sine fastidio vel labore sine timore vel timore fruentur vocati nullus quia predestinatos singulos et prescitos quia ad tantum deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum quia quilibet naturaliter appetit beatitudinem. Hanc cenam contra tempus gratie et hanc novissima huius missam ad civitates sunt multitudo apostolorum et spiritualiter baptismi. Petrus secundo unus sunt celestia premia eternam passionem rr. animam

et refectionem ihesu christi qui est omnia in omnibus primo Corinthiis xv. Secundum notandum quod cena hec magna dicitur quia est spiritualis et sacramentalis. Spiritualis debetur quantum ad angelos et extra corpus viventibus et dicitur quantum ad angelos. Sacramentalis dicitur quantum ad homines omnibus christifidelibus exponitur quantum ad sui perfectionem et integritatem sacramentalem in duobus consistit scilicet in cibo panis sacramentalis et in potu vini sacramentalis ad quam invitatus deus quam necessariam indicens ut ait Remigius loquebatur ad discipulos et ad turbas Johannis vi°. Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. nec enim alterum illorum sufficeret sicut nec sacramentum panis sacramentalis propter ne vini. Sed utrumque requiritur ad plenam refectionem et perfectum sicut quidditum panis modo ibi quidditum vini modo potus. De qua loquitur Cyprianus martir gloriosus in epistola xi.a de lapsis ad Cecilium in hec verba. At vero non infirmis sed fortibus potus necessarius est nec morientibus sed viventibus communicatio danda est ut quos excitamus et hortamur ad prelium non inermes et nudos relinquamus sed protectione sanguinis christi et corporis muniamus. Et ibidem de quibusdam abstinentibus propterea qui bibitum vini sacramentalis divinissimi sanguinis domini ihesu sunt sobrie quo docemus eos ut possimus in confessione sanguinem suum fundere si eis militaturis christi sanguinem denegamus. Aut quo ad martirii poculum ydoneos facimus si non eos prius ad bibendum in ecclesia domini poculum iure communicationis admittimus. Hec ille. Et Jeronimus super Zophoniam prophetam et ponitur i. q. i. sic inquit. Sacerdotes qui eucaristie serviunt et sanguinem domini populis eius non dividunt impie agunt in lege christi putantes eucaristiam imprecantis facere verba non vitam et necessariam esse tantum solempnem orationem non sacerdotum merita. De quibus dicitur Sacerdos in quacumque fuerit macula non accedat offerre oblationes domino. Hec ille. Ad idem et Gregorius in omelia pastorali. De sublimitate huius cene budicrave in hec verba. Sanguis agni non iam audiendo sed bibendo didicisti quia sanguis super utrumque postem ponitur quando non solum ore corporis sed etiam ore cordis hauritur. Hec ille. Ad idem est constitutio Gelasii ut habetur de consecratione di. ii.a ca.a Comperimus. Ubi dicitur. Comperimus autem quod quidam sumpta tantummodo sacri corporis portione a calice sacri cruoris sanguinis abstineant qui proculdubio

hic auctor errores inducit et ponit

Hic errat de ... [illegible]
qui ait dictum diabolicum Non legere ... sanguinis ... fidelium ... et hic cum ipso corpore et in ipso ... et ... simul ... sacramento ... a carne sed cum ipso corpore ... sacramento.

nescio qua superstitione doceret abstingi vel igitur integrum sacramentum percipiatur vel ab integro arceantur et subdit nec ex qualibet ratione et causa dicens quod divisio unius eiusdemque misterii sine grandi sacrilegio non potest pervenire. Sed Innocentius in libro de officio misse dicit: Ubi licet sub altera tantum sumatur totus Christus scilicet corpus et sanguis utrique tamen species conse-cratur et neutra superfluit ut ostenderet quod Christus naturam humanam totam assumpsit ut totam redimeret. Panis enim refertur ad carnem et vinum ad animam quia vinum sanguinem operatur in quo sedes est anime. Unde Levitico: in sanguine est anima carnis. Ideo competenter quod tam pro carne quam pro anima sacrificium offeratur. Quondam panis et vinum in sacrificium offeruntur quod utrumque ad tuitionem carnis et anime. Ne si sub altera tantum specie sumeretur alterius tantum putaretur prodesse saluti. Et quamvis sub specie panis sanguis sumatur cum corpore et sub specie vini corpus sumatur cum sanguine, tamen nec sanguis sub specie panis nec corpus sub specie vini bibitur vel comeditur, quia sicut nec sanguis comeditur nec corpus bibitur, ita neutrum sub specie panis bibitur vel sub specie vini manducatur. Et si corpus possibile videatur quod corpus bibendo et sanguinem comedendo sumatur, est quod modus sumendi carnem quoad et sanguinem quo neutrum manducatur vel bibitur. Hec ille per verba ubi de eucaristia et ubi sanguinis.

Quia tercia [illegible] veritati sine tripici genere peccati simplici contemplative ... comparati. Per dicere ... emi et intelligi quod super ... diaboli quod est superbia, curiositas ... ad divicias mundana ... notat superbia que a via domini animo extrema requirit. Juga duo, quibus iniqua bona possidentur, per que figuratur complicis cupiditas secularis divitiarum bonorum tamen laborum et utilium ... mundanorum per quam cupidi impii mundi et diaboli sunt coniugati. Uxorem duxisse, qui notat ... carnis viciatum corpus et anima ... uxor ... et ... viri copulantur ... uxor ... eius ... necessitatis ad celestia ... sequi dicit si ... non possum venire ubi ... coniugale ... superbi qui ... ad rebelles ... cupidi divicias ad pauperes in necessitate ... volo.

bonos uxor terrena eleuare vult. Demonitus ad celum eleuare renatur. ... de rebellione ... fuit ... per ... tamen homines ... loco potentum tamen pauperes ... in terrena possessione. Unde pauperes debiles, pauperes cecos, pauperes claudos, pauperes vero debiles loco superborum mundi nobilium, sicut Augustinus dicit. Apostolus ignobilia et contemptibilia mundi elegit deus ut ea que sunt perderet ... deficeret, et non ... in conspectu eius. Item pauperes elegit cecos in mundialibus ... loco divitum mundi sapientium, sicut Apostolus ibidem: que stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapientes. Claudos pauperes ... carnis ... loco ... potentum, unde Apostolus ibidem: infirma mundi elegit deus ut confundat fortia. Et deinde ex plenitudine mundi compellere ... contrarios humanis ... seductos a sepibus ... ad veram Christi religionem ... mandata.

Circumcisio domini. Circumcisionem accepit Christus multiplici ratione. Primo ut legem quam dedit aliis ipse compleret. Secundo ut humilitatem ostenderet quod cerimonialibus ad que non tenebatur se subiecit ipse ... domini legis fuit. Tercio ut sanguinem suum pro nobis non solum in cruce sed in infancia funderet. Quarto ut nos circumcisionem sive spiritualem demonstraret. Quinto ut hereticos confunderet qui dixerunt eum non verum corpus sed fantasticum habuisse. Sexto ut iudeis satisfaceret qui scandalisati fuissent si circumcisionem non accepisset. Septimo ut legem veterem approbaret quia ipsam ad ipsum ... sicut Augustinus ... fuit legalis viva ... post passionem mortua, et ... Circumcidetur Christus non solum circumcisione legali sed et spirituali. Unde et possumus circumcisionem domini quadruplicem assignare. Primo circumcidit eum pater in nativitate cultello paupertatis. Secundo circumciderunt eum parentes octavo die cultello legis. Tercio circumcidit seipsum in omni vita sua cultello humilitatis. Quarto circumciderunt eum iudei in passione per milites Pylati cultello crucis. Circumcidetur Christus in suis quatuor ... per detractores qui auferunt amicos et famam, secundo per raptores qui auferunt temporalia bona, tercio per hereticos qui auferunt animas.

l fidei a tergitate / xo p tiranos q auferet corpus Circumcisio una duplex e pa metl i puta a culpa liberacio 2a i futuro corporis rae a futura pena pri significata p circuci sionem sollempne que facta e in egipto 2 hic tpls sr incipiencium a viciis cultello instie pficiencium a supfluis cultello mie pfectorum a mi dualibus cultello cult pfecte / 2a significata e p circuncisionem i tm pmissionis in Galgalis q i gla i significat p petram i xpm circucidimur ab omnibus miseriis / ex quo pz q efficacior e ista circucisio spualis q moderna cor nalis q illa circucisio neqz petrum origina le abstulit cu anima paradisi no aperi ri unde neqz fecit / In hac materia duo nob tangunt pmum est humilitas xi i circu cisione 2m e subtilitas i nominis impoi cione vocatum est nomen eius Jhesus Dig nitas at huius nominis est multiplex e et ab eterno consequenti ut dicit Bnh ab anti quo pfigurata a pphis desideratum ut ypranis nomen tuum in desiderio anime a fcis pnb pphetatum Bnh dulce nom Jhu pphetatur Salomonis oraculo a deo nominatum Philipp iio dedit illi nomen qd e sup omne nomen ab angelis pnu ciatum ut legit luc i a pura virgine pdicatum luce io Certum nomen eius ab aplis manifestatum Act vto / Ibant apli gaudentes rc a martiribus insificatum q pnoie isto passi sut a 9fessoribus col laudatum pb laudate pui dnm rc sc a sol ortu a fcis virginibus pgustu tu Cantica Oleum effusum nomen tuu Bnh Jhus e mel in ore melos i aure iubilus i corde / ab hoibus exaltatum ps magnificate dnm mecum rc / Act xv. In hoc noie Jhus sut quinqz lre que pnt esse initia istorum dictorum iocunditas meritum eternitas virtutum sanitas lag uentium ubertas egencium satietas esurientium hoc nomen Jhus xo 9uenit ipi p rone nature ut q ex diuina natura erat salvator auctore / et ex huma natura erat salvator ministro ut videtur sibi nomen salvator / It ex rone decencie q decuit ut ex re nomen haberet unde ipe salvat a pcto a dyabolo 2 ab inferno hoc nomen illi bapti9 9uenit / It rone efficacie q Jhus nos sua passione sal vavit h thos de vi the honesto Circumcisio una quadruplex / xo circumcisionem spualem 9plectitur pa e car nis pcorruptio Gen xvii / Circumcidimini spualem circumcisionem non fuit / pibet 9pplo suo 2a e corporis ppriam Jeremias Circumcidimini duo viri iudei rc Tria e laborum p sermonis modestia Exo vi Quo audiet me pharao qui sum in circucisus labiis / xta e animi p audi endi disciplina Act viio Dura ceruice 2 incircumcisis cordibus 2 auribus vos sp spiritui sancto restitit / It circumcisio legem nis obsuatis pnem sctm e xxv q q i q p Aug / It baptismus apud nos qd circumcisio apud veteres de cose di iii c. 2 cu sequi / It circumcisio animus eat signum instificacionis 2 pgrans anime de cose di iii Ego / It Deut xxx. In nouissimus diebus circuncidet dns cor tuum rc / It Greg i omel. Circunci dendi sunt oculi a vanitate aures ne audiant detractiones nares ab illicitis odoribus lingua a maledictionibus pui ris 2 mendaciis manus a lesione hoi a dio furto 2 huiusmoi pedes no currant ad malum corda a cogitacionibus pus (?) hille Circumcisionis aut diem qr celebrem faciunt 2 sollempne octaua nativitatis 2 positio noui nois effusio sanguinis 2 signaculum circumcisionis. Pa gr octaua nativitatis q si octave aliorum sctorum sollempnes sunt quanto magis oc taua scti sctorum sollempnes erunt 2o positio noui nois q illo die impo situm e nomen salutiferum qd os dni nominauit sit q no est nomen aliud i quo oporteat nos saluos fieri. Habet q triplex nomen qd ex euangeliis colligitur filius dei xpus 2 Jhus De quo triplici noie Bnh sic ait / Vos qui ex puluere estis expergiscimini 2 laudate ecce dns venit cu salute venit / cu unget ve nit cu gla neqz eni sine salute Jhus q salutem impetrat neqz sine unctione xpus q unctus dr / neqz sine gla verus filius dei q est vivificacio omnipotentis dei hoc est igit nomen quod e sup oe nomen in quo omne genu flectitur hoc est nomen qd sm Bnh e in ore mel in aure melos i corde iubilus qd ad instar olei lug pdicatum / pascit reco gitatum lenit 2 ungit invocatum Rex ig in die capiti anni constituta a Roma capite mundi 2 in sequitur ca pitali lra alphabeti xpus caput ecclesie circumcidit / nomen ei imponit 2 natiuitatis eius octauam diem celebr 3o effusio xpi sanguinis sollempnizat

die circumcisionis, illo enim die suum sanguinem
pro nobis primo effundere cepit, quem postmodum
pluries effudit. Quinque enim vicibus sanguinem
suum effudit pro peccatoribus. Primo in circumcisione, et hec
effusio erat nostre redemptionis initium.
Secundo in sudore sanguineo dum orabat, et hec
ostendebat nostre redemptionis desiderium. Tertio
in flagellatione, et hec signabat nostre redemptionis
meritum, quia livore eius sanati sumus.
Quarto in crucifixione, et hec fuit nostre redemptionis
pretium, tunc enim que non rapuit exsolvebat.
Quinto in lateris apertione, et hec redemptionis
nostre extitit sacramentum, inde enim exi-
vit sanguis et aqua, signans quod nos per aquam
baptismatis debemus mundari, ipsumque
baptismum efficaciam habiturum a sanguine
Christi. Secundo hunc circumcisionis diem signaculum
ipsum circumcisionis reddit celebre, quod
quidem signaculum hodie Christus recipere
dignatus est. Circumcisionis signaculum
multis ex causis Christus accipere voluit.
Primo quidem ratione sui, ut scilicet veram carnem
humanam se assumpsisse ostenderet. Sciens
quosdam futuros qui dicerent quod non corpus
verum sed fantasticum assumpsisset. Secundo
fuit ratione nostri, ut nos spiritualiter debere
circumcidi monstraret. Circumcisio siquidem du-
plex a nobis fieri debet, exterior in carne
et interior in mente. Exterior autem triplex
est: in habitu ne sit singularis notabilis,
in actione ne sit digne reprehensibilis,
in sermone ne sit multus contemptibilis. Interior
similiter est in tribus: in cogitatione
ut sit sancta, in affectione ut sit pura,
in intentione ut sit recta. Tertio fuit
ratione Judeorum ut essent inexcusabiles,
ne si ipse eam non debebat recipere excusa-
rent, quia ritum et religionem patrum si
circumcisus non esset dissimilem invenirent.
Quarto ratione demonum, ne quid misterium
incarnationis cognoscerent. Cum enim fieret circumci-
sio contra originale peccatum, credidit de-
mon et Christum circumcisum peccatorem fuisse.
Quinta causa sumitur ratione perfectionis
iusticie. Sicut enim baptizari voluit ut perfec-
te humilitatis iusticiam, que est subdere se
minori, impleret, ita et circumcidi, ut
eandem humilitatem, dum auctor et dominus
legis voluit se subdere legi, nobis oste-
deret. Et bene Jhesus die octavo circumciditur.
Nam octonarius iusticie numerus appellatur et
resurrectionis glorie convenit. Tunc dicitur octa-
va dies hic est quia post septimam sabbati
resurrexit, et nos ipsi post sex huius
seculi etates et septimam sabbati
animarum que nunc requiescunt in alia

vita generaliter quasi octavo die resurgemus tunc
verissime circumcisi ab omni corruptione carnis
et spiritus. Sequitur Clericus.

Clericus. Clerici qui Christo sunt etc.
Primo interpretare vocabulum eius et nominis
diffinitionem, postea vitam esse quod
debet. Nam cleros grece latine sors appel-
latur; propterea clerici dicuntur quia de sorte sunt
domini vel quia ipse dominus sors, id est pars clericorum est,
et qui vel ipse pars domini est vel dominum partem habet, ta-
lem se exhibere debet ut ipse possideat dominum
et ipse possideatur a domino. Qui dominum possidet
et cum propheta dicit: pars mea dominus, nihil
extra dominum habere potest. Quod si quippiam aliud ha-
buerit preter dominum, pars eius non erit dominus. Ver-
bi gratia: si aurum, si argentum, si possessiones,
si variam supellectilem, cum istis partibus
non dignatur dominus fieri pars eius. Si autem
ego pars domini sum et funiculus hereditatis
eius, non accipio partem inter ceteras tribus,
sed quasi levita et sacerdos vivo de de-
cimis, et altari serviens altaris oblatione
sustentor, habens victum et vestitum, his con-
tentus ero et nudam crucem nudus sequar.
Ut Jeronimus ad Nepotianum et xii q. i. Cle-
ricus. Item duo genera christianorum sunt. Est autem
unum genus quod mancipatum divino officio
et deditum contemplationi et orationi ab omni strepitu
temporalium cessare convenit, ut sunt clerici et deo
devoti scilicet conversi. Cleros enim grece latine
sors. Inde homines huiusmodi vocantur clerici,
id est sorte electi. Hos enim deus elegit in suos.
Hii namque reges sunt, id est se et alios in virtutibus
regentes, et ita in deo regnum habent, et hoc
designat corona in capite. Hanc coronam habent
ex institutione Romane ecclesie in signo
regni quod in Christo expectatur. Rasio vero
capitis est temporalium omnium depositio. Illi
enim victu et vestitu contenti nullam inter
se proprietatem habentes debent habere omnia commu-
nia. Aliud vero genus est christianorum, ut sunt lay-
ci. Laos enim grece est populus. His licet tempora-
lia possidere, sed non nisi ad usum. Nichil
enim miserius est quam propter nummum deum con-
temnere. His concessum est uxores ducere,
terram colere, inter virum et virum iudicare, cau-
sas agere, oblationes super altaria imponere,
decimas reddere, et ita salvari poterunt,
si vicia tamen benefaciendo vitaverint. Hec
Jeronimus ad quendam suum levitam et xii q. i.
Duo. Item dignum est ut qui altari deserviunt
de altari vivant. Vivant inquit de alta-
ri, non ut non superbiant vel luxurientur, non
ditentur. Nec clericatum debes ex pau-
pertate, non ex ignobilitate glorificare

no sibi de bonis ecclie ampla pallacia
fabricet / ne loculos inde congreget ne
in vanitate seu superfluitate dispergat / ne
extollat / de facultatibus ecclie consanguineos
suos aut nepotes aut filios aut filias ditet /
in impetu tradat / concedit(ur) tamen ut si bn
deservis altari de altario vivas non igitur
ut de altario luxurieris ut inde compares
tibi frena aurea sellas depictas calcaria
deargentata varia grisia et pellicea
a collo et manibus ornatu purpureo distincta
Denique quicquid ultra necessarium victum
et simplicem vestitum de altario retines
tuum non est rapina est furtum est sacrilegium
Hec Bernardus hic floss ix ca nisi rer
Et pre(terea) et plus di. xl^o Aliena rapere con
vincitur qui ultra necessaria sibi retinet probatur
Et concordat Ambrosius ut di. xlvii Sicut
hiis plus ubi ... ubi possessio pietas /
Clericatus honor considerandus est unde Ieronimus
in quadam epistola contra clericos Quanquam
quod nos magis clericos clericatus honore non
abuti sed diligenti mandatorum custodia hec
esse quod esse videmur cum magis frequenter cli-
cos virtutes esse in nobis reputant / et
virtutes clamant / clamant corona paup(er)
tate clamat vestis ... honestate cla
mat status puritate clamat cultus casti
tate clamat professio religionis clamant
officium devotionis clamat studium contem
placionis et nos magis istis virtutibus pollemus
mentimur corona mentitur / mentitur habitus / men
titur status mentitur cultus mentitur professio
mentitur officium mentitur et ipsum studium et
propter hoc ut sicut ut clerici ficti ita clerici
mentiti / et licet scribitur omnis homo mendax non
tamen scribitur omnis homo mendacium / prelatos
et homines mendaces sunt qui mendacium di
cunt sed mendacium non sunt quia non vincendo
difformiter habitui suo contradicunt Dicitur igitur
potest de homine qui loquitur mendacium quod
non magis proprie omnis qui sunt mendaces et
ipsum mendacium / et non solum hic dap
nantur qui et mendaces sunt et mendacium sed
qui mendacium summe amat / et pro eo labo
rat et usque ad mortem se exponit hec
Clericos negociatores esse non licet dicit
Ieronimus ad Nepocianum epistola xxx
iiii et di. lxxxviii^a c^o negociatorem
·ex· sic dicit / Negociatorem clericum et ex inope di
vitem et ex ignobili gloriosum quasi quandam
pestem fuge / Corrumpunt enim bonos mores con
fabulaciones pessime. Et Augustinus li^o quinque in
terpretacioni testamenti Fornicari hominibus sem
per licet negociari autem aliquando licet aliquando
non licet antequam ecclesiasticus quis sit licet
ei negociari facto ecclesiastico iam non

licet hec di. lxxxviii ut supra. Et di. xlviii
Nulli licet clericorum tribuna aut crgaste
rium aut stacio aut mercis exponitur vena-
lis habere si enim honori cuilibet ingredi in
hibetur quanto magis aliis ministrare
tamen si quis vero clericus hoc fecerit aut cessare
deponatur Et xxiii q. iii c^o clerici sunt sibi
Clerici ab indignis questibus noverint
abstinendum et ab omni cuiuslibet negociacionis
ingenio vel cupiditate cessandum In quo
cumque vero gradu sunt si cessare noluerint mox
a clericalibus officiis abstinere cogantur
Et Augustinus de v. di. super xxix in fine Clerici
et milites... sed qui si non sunt contenti stipen
diis altaris sed exercet memoria intercessi
ones vendit viduarum munera amplec
titur magis videtur negociator quam clericus et
consuetum argentum quam per blandimentum cli
enti prodit plus quam per tormentum Et xxxi
q. iii c^o Credo sed hec Apostolorum senten
cia sicut quod dicitur Thimo ii^o Nemo mi
litans deo implicat se negociis propter quod autem
clerici sunt sed actionibus domorum aut acto
res sed officio clericorum laudatur dixerunt
sed obsinerunt Et eadem q. c. Consequens est et
rebus secularibus liquet quod obligari non
debent qui divinis rebus et spiritualibus occupati
sunt ut ad thronos et seculares actus vacare
Et ibidem multa bona de hoc de eadem. Et xvi
q. i predicator / et qualiter di. lxxxviii
c^o ult. ix q. xiii quin c^o Et titu
lo de vita et honestate clericorum in fine Et multa sunt tempus cle
ricis que sunt licita laicis ut ibi Et Ieronimus
ad Nepocianum epistola xxxiiii Primitu
res autem dispositores domorum alienarum
autem villarum quo potest esse clerici qui propriis
iubentur contempnere facultates. Amico rape
quippiam furtum est ecclesiam fraudare sacri
legium est Clericos non licet secularibus occu
pari unde apostolus Ro. xii precipit cunctis
precipue clericis dicens Nolite conformari
huic seculo sed reformamini etc. Et pre Cor
vi^o scribit apostolus Secularia iudicia si
habueritis contemptibiles etc. Sic quod quia
non licet morari nec... sic scribitur Preces
quod aliquis in actionibus mundi non bona
permittenda sunt pro utilitate maiorum nam
quis exigitur esse bonum meritum operis mor
tuum sepelire et tamen cuidam qui ad sepeliendum
patrem se dimitti postulavit dictum est
Dimitte ut mortui sepeliant mortuos
suos tu autem vade et annuncia regnum dei
Luce ix^o proponendum magis erat utique
huius ministerii officio predicacionis quam in
officio carne mortuos in terra condere

illos sunt, cum mortuos ad vitam resus
citaret, et prophetam ejecit privatibus synago
ge dicit. Unicuique indicavi conveniat officio
in apostolus dicit contemptibiles qui sunt in ecclesia
Auditores enim suos ad virtutes suspice
ad loquentis quam non ipse habere est inde
gradu ministrum sacerdotes dicentes. Ecclesiam
spiritualia magistrat ut perficeret. Si ergo spi
ritualia dona non capiunt, nisi terrena eos
negotia deperfecerit loge quam promist
dicens. Contemptibiles qui sunt in, acsi aperte
diceret, qui minus mitti sunt in ecclesia nullius
magni donorum virtutibus pollent, ipsi de
terrenis negotiis iudicent, scilicet per quos
magna bona nequeunt, minora supple
ant quos et contemptibiles nominat, et in
sapientes vocat. Item Iohannes ad Rusticum
Narbonensem episcopum xc in di. tuo. Dya
coni sunt. Dyaconi magis sunt quos in apocali
psi legimus septem angeli ecclesiarum hi sunt septem
candelabra aurea hi voces sunt tonitruorum
virtutum operacione prelati humilitate prediti cu
cti humiles cumgementes pace amicitiam
dula respicientes docentes patrem suum & spem
colloquentes in templo nichil de mundo
nove vos, et filios suos non agnoscentes
hi illi. Item beatus petrus in epistola ad Cle
mentem ut xxi q. i. Te quidem oportet irrepre
hensibiliter vivere et summo studio niti, ut
omnes occupaciones huius vite abicias
ne fideiussor existas ne advocatus litium
fias, ne vero in ulla aliqua occupacione pr
erumpens invenias mundialis negocii occasione
perplexus neque enim iudicem neque cognitorem
secularium negociorum hodie te ordinare
vult Christus ne preoccupatus presentibus
hominum curis non possis verbo dei vacare
hi vero opera que minus tibi congruere discipuli co
vincantur sibi exhibeant, sibi invicem
vacantes layci et te nemo occupet ab
hiis studiis per que salus hominibus datur ibidem. Item
Dicitur enim ipse contra te tumens et
o clemens ne loces ubi dicit studiis secu
laribus decet secularibus suscipere ita unicuique
laycorum et petrus ait invicem sibi etiam
in hiis que ad communis usus vite pertinent
opera fideliter debent te ullo sermone
facere ex hiis quibus non debes instare
omnes qui elaborent, ut si forte a te
incipis hic layci non intelligunt per dya
conos edocendi sunt ut te solum ecclesie
sollicitudinibus relinquant hic petrus ad
Clementem. Item Gregorius in registro ut

lxxxviii di. placuit cum ad nos venerabilissimus
presens noster blasius episcopus veniret de laycorum
causis secularibus occupari et perversis intolite
obsequiis quem res eius et ipsum vilem reddit
et reverenciam sacerdotalem annichilat, statim
ut experiencia tua hoc preceptum suscepit ad
veniendum eum districtu excommunicatione com
pellat, quatinus te illuc insistente quiescat di
cebus sub qualibet excusacione immorari
non liceat ne si qualibet non eum amplius
ibi morari hoc permiserit ad ipsum apud nos
conversi incipies ex culpabilis. hic Grego
rius Desiderio. Item Cyprianus episcopus et
martir ut lxxxviii di. neque apud altare
dei merentur nominari in sacerdotum prece qui ab
altari sacerdotes vel ministros voluerint a
vocare, et non victum ad eum formam impen
sam in consilio a sacerdotibus data ad gemin
tam ab dormientiam eius apud nos non fiat
oblacio quia deprecacio pro nomine eius
frequentetur in ecclesia ut sacerdotum decretum
religiose et necessarie factum servetur a nobis.
Item Cyprianus ut vii quod tuo Cyprianus
Cum temporibus anrispus sit, statuerunt hi invest
clericos promouentur in ullo ab administ
racione divina avocarentur ne molestiis et
negociis secularibus alligerentur ne ab al
taribus et sacrificiis recedant sed die ac nocte
celestibus rebus et spiritualibus serviant. Cle
rici modicum nullus eodemis sunt vii Bu
sup. de pot. In labore hominum non sunt sed dicit
Sancti statum hominum aliquid hic labor
et alicui voluptas. clerici nimium nec hec nova
quodam articulo distinetes toto quod
delectatur in qualibet legerunt et quoniam totum
non molestare requierunt. Amilitibus
incipimus super hoc festum amplam fami
liam expensis, saleris et nobiles appa
ratus et multis mollicie. delicatia bal
nea, suavia vina, ornare et gloriam. Item re
ligiosi fructus agrorum et horrea plena sed
hec conveniunt militibus, laice pondus et inte
lice declinat verecundia, omnis rusticitatis et
agricole victum sibi proprio labore acquirit sed
hii delicijs affluunt et otiose vivunt,
et in adveniente fructuum tempore propria
ria corpora plena fiunt. bibunt vinum nec
minimum et inde messem impigniuntur
et dilatant. Item Hugo in libro de conscientia
ne ad eugenium papam in fine, cum mor
tuis cum ordine sunt minus clerici nec in
cogitacione temporalium sunt tamen ut layci
in apparatu nobili ut milites et in aqui
sitione dominacionis ut clerici sed non labo

aut ut layci neque pugnant ut milites
nec evangelizant ut clerici et ad utriusque
ordinis esse accipiunt utrorumque deserviunt
utrique confundunt. Cum igitur resurget quilibet
homines quilibet in suo ordine isti ad quibus
resurgent; ad aut. Deus disponens videat si
me sapiens cedunt a supremo usque deorsum
methel mordantur relinquere video non
alibi ordinandos istos quam ubi nullus or
do sed sempiternus horror inhabitat, ut qui
in laboribus hominum non fuerunt in laboribus
demonum sint sic sine. Item clerici qui uti
possessionibus debuerant, cum ea possessionibus presumunt
non laborant non arant non seminant non
navigant non pugnant, et ut verbis prophete
utamur: In labore hominum non sunt et cum ho
minibus non flagellabuntur. O infelices veri
na sapient et intelligerent ac novissima
providerent. Ut sapiens inspice quod predicat
hec verba et cum hominibus non flagellabuntur
certe quia cum hominibus non flagellabuntur certa
sunt cum dyabolo flagella passuri. Her
petrus Blesensis. Clerici timeant, ne
aut miseri ecclesie qui in eius sortem quae
possident, tam iniqua geret ut stipe
diis quibus sufficere debeat, nimie contenti
superflua quibus egeni sustentandi forent
impie sacrilege quam sibi retineant, et in
usus sue superbie atque luxurie victum pau
perum consumere non verentur. Duplici peccato
iniquitate peccantes quia aliena diripiunt
et sacris in suis vanitatibus et turpitudi
nibus abutuntur. Hec Ber. super cant. sermone xxiii
Item clerici opportet omnes amici et omnes
inimici omnes necessarii et omnes adversarii
omnes domestici et nulli pacifici, omnes
proximi et omnes que sua sunt querunt non que
Christi sunt et serviunt antixpo. De bonis dei
ornati incedunt in nitore meretricio in
habitu hystrionico in regio apparatu
hec Ber. super cant. sermone xxxiii Item clericos
illos convenit stipendiis ecclesie sustenta
ri quibus parentum et propinquorum nulla stipe
dia suffragantur. Qui autem bonis parentum
et opibus sustentari possunt si quod pauperum est
accipiunt sacrilegium profecto incurrunt et
committunt et per abusionem talium iudicium
sibi manducant et bibunt. Hec Jero. ad da
masum papam et xvi q. i. clericos quoniam. et
compar. clericos. Clerici in ecclesia per
severantes debent esse constitutes longinquites
in spe ad superna tendentes bonum non
habentes ab omnibus. Hec Bern. super cant. sermone
xlvi. Item si propter digni officium clericus
domum mulierum ingrediatur nunquam fiet hoc
nisi cum bonis et honestis testibus. Hec Jero.

Epistola xxxiii. Item decet igitur privilegio cun
ctis sanctius ut clerici a religiosam vitam secluso
a mundi voluptatibus se abstineant, non spec
taculis non pompis intersint, convivia pub
lica fugiant, privata non tamen pudica sed
sobria colant, usuris neque quam incubat
neque turpium occupationibus lucrorum, nec fraudis
dolis umquam studium appetant, amorem
pecunie quasi materiam cunctorum criminum fu
giant, secularia officia et negotia abi
ciant, honorum gradus per ambitum non susci
piant, pro beneficiis medicine dei munera
non accipiant, dolos et coniurationes cave
ant, odium emulationes obtrectationes
atque invidia fugiant, non vagis oculis
non effrenata lingua aut petulancia flu
ido quam gestu non incedant, sed pudorem
ac verecundiam mentis simplici habitu
incessu quam ostendant, obscenitatem etiam
verborum et membrorum sicut et operum penitus
execrentur, viduarum et virginum frequenti
ones fugiant, contubernia extranearum
feminarum nullatenus appetant, castitatem
quoque inviolati corporis perpetuo conservare stu
deant, postremo doctrine lectionibus psal
mis et ympnis exercitio iugiter incubant.
Tales enim esse debent qui divinis cultibus
sese mancipandos student, sic ut dei scie
ntiam dant, doctrinam quoque populis admi
nistrent. Hec ysidorus de vita clericorum et di.
xxiii. His igitur. Clericorum concubine
et filii deputari debent in servitute di. xxxii
eos. di. lxxxi. clerici diu. xv q. viii a
cum multe. Nos. eo. ducentesima. xxxii
lxxx. Item coram officium committens non
audiatur xv q. viii. cum vultu. di. lxx
xi. Ex qua sive per Greg. di. xxxii Nullus
ut prius her. De libertate clericorum quam ecclesie
sancti negant, xvi q. i. similiter. xxiii
q. viii. Et omnes. De a laycis non iudi
cabuntur. xi q. i. sententiam. De deffen
dantur ab ecclesia xxiii q. iii. petitionem
vero. De non accipient a laycis xi q. i
nemo. De non debent trahi ad iudicem
secularem sine consensu episcopi xi q. i. Si quis contra
De diligunt debent communicari in ordina
tione di. xxiii per totum. De a illicitis
questibus negotiis secularibus et cupidita
tibus abstinere xiiii q. iiii clerici et di.
xlvi. omnis. De pro beneficiis
medicine dei munera non accipiant
di. xxiii. Is pr. ubi ysidorus v. super litteram vii.

Cogitatio. Cogitare.
Cogitationes dei non sunt sicut cogitationes
hominum deus est ut patet di. ill

de quibus dicitur Sap. vii Cogitatio cor-
poris altissimi etc. Solent autem quidam
homines alti corporis appellari qui valde
bassum habent cor terrenis affectionibus suffo-
catum. Ille solus cor altum habere dicitur qui altum
cogitat et ad altum tendit. viii ps. Co-
gitatio hominis confitebitur tibi non cogitatio
peccatoris i. carnalis qui non cogitat ut ho-
mo sed ut pecus qui de corde suo facit cloacam
Ezech. viii Fecerunt ymagines tamquam ...
culmas et fornicationem etc. in eis. Ab ta-
libus cogitationibus se aufert spiritus sanctus ut
dicitur Sap. i Spiritus sanctus aufert se a cogi-
tationibus que sunt sine intellectu et ps. Domi-
nus scit cogitationes hominum etc. Beda Semper
vespere cogitatio nostra circa Christi passionem ad
monendum nos Petri i pe iiii Christo passo
in carne et vos eadem etc. Bernhardus Tanti
est virtus illius passionis quod si in mente
fuerit habita nulla libido
... pri. 3o cum audiatur de peccato sancta
Que percipit tibi dicitur cogita illa semper Eccli. iiio
et in pluribus eius operibus ne fueris curiosus
et ps. In lege eius meditabitur die
ac nocte. Deut. vi Hec meditaberis
sedens in domo tua etc. Ezech. ... penitens
viii ps. Cogitabo tibi ... pro peccato meo
i. penam quam merui et ... quod feci. ps. xxxvi Recogitabo
tibi omnes annos meos etc. Contra cogita-
tiones dyaboli Eccli. ... calcis hostis ...
die dolosi sic bona enim in mala con-
vertens insidiatur. Jacobi iiii Resistite dya-
bolo et fugiet a vobis. Petri i pe v Vigi-
late quia adversarius vester dyabolus etc. Ber-
nardus Jacobi iiii Ventus est vita mea
que invisibiliter incessanter ... reddit ...
sit. Augustinus Nichil aliud est vita presens
quam cursus ad mortem. Septimo circa ex ...
Deut. xxxii Audite celi que loquar ... ps. ...
Audite celi que loquar. Ysa. i ...
peccatoris prudentium revelamus et non ...
... tollerennt. Octavo circa ...
... Ysa. ii Recordamini ...
Apes super flores resident et inde ...
... mel sic justi de creaturis bonis cogi-
tationes inde attrahunt dulcedine, sed
musce loca immunda frequentant et dele-
ctantur; sic immunde cogitationes peccatores ... Et
... xo Juste morientes ...
... etc. sic immunde cogitationes ...
devotionem orationis. Item Sap. i Perverse cogi-
tationes separant a deo probata autem
... corripit insipientes. Item ... xv ...

gitationes male comitantur hominem. Item
Gen. xxx morte Anima dei oculos vacuos non
suspicabit cogitationes vere et nulla mo-
menta temporis preterita transeunt sine retributi-
one. Item Cassiodorus super id ps. Cor me-
um dereliquit me. Quotiens tempore non cogi-
tamus deum putare debemus illud amis-
sum. Item cor malum in corde ... cogitatio est ... bona de est ... Bernardus
super Cantica sermone xxxiiio

Columba. Columbe proprietates sunt
octo. Prima est quod caret felle in quo
signatur mansuetudo que omnem
amaritudinem pellit a corde. Petri i pe ii
Deponentes omnem maliciam. 2a est quod non
ledit ore in quo signatur modestia que
observat custodiam ut malum non exeat.
Ephes. iiiio Omnis sermo malus ex ore vestro
quia non nocet unguibus in quo signatur
innocentia. viii ps. Os ... ascendet in montem
domini etc. Sequitur Innocens manibus etc. Sexta est quod
alienos pullos nutrit ut suos in quo signatur
caritas que aliena bona diligit
tamquam sua. Matth. xxii Diliges proximum tuum
sicut teipsum. Quarta est quod gemitum habet
pro cantu in quo signatur luctus pro peccatis.
ps. Qui seminant in lacrimis in gaudio
metent. ... qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Item Matth. v
est quod residet iuxta aquas ut umbram
visa fugiat accipitrem in quo signatur
meditatio scripturarum. Cant. v Oculi eius
sicut columbe etc. Proverbiis iiio Fili mi ne obli-
viscaris legis mee. Septima est quod agmi-
natim volant in quo signatur virtus
... loquimini veritatem unusquisque cum
proximo suo. Matth. xviii Ubicumque duo
vel tres congregati etc. Octava est quod pauperi
nidos ... Ysa. ... habent ali-
menta etc. Columba Columba quod spiritus sanctus fuit
ut in evangelio vidit spiritum descendentem sicut
columbam Matth. iiio Joh. io Augustinus Sed
spiritus sanctus non est in columba ... ...
sicut in carne transformatum. ...
... columbe corpus ... in quo se ad ...
... hominibus visibilem ...
... in essentia prius et ubi ...
... Augustinus de agone Christiane vite. Item
sed ... signatur ... spiritualis ...
... ex caritate. Item Matth. x
Item estote prudentes sicut serpentes
ad intelligendas fraudes et simplices
sicut columbe ad ignoscendas iniurias

nolo igit vos ee sicut columbas semp ne
ppt simplicitate nimia p seductorem laqueum
incidatis / nolo vos esse sicut serpentes ne ex
corde cum aliquo venena fundatis sed
sm tpus et psonas mutetis et mores estote
ergo sicut serpentes ne comphendamini sicut
eis cophensi fuitis estote sicut columbe ut
no mordeatis. Estote insup prudentes sicut
serpentes ut omne malu intelligatis et caueatis / estote simplices sicut columbe ut no
faciatis aliquod malu qr intellige malu
laudabile e facere vo malu vitupabile e nec qui intelligit malu ipe malus e sz qui facit malu h crisostom
xxiiij de Ste tytuly. Columba johes
dicitur bapta p columbam dictus et nots
columba docebat columba h aug omel
xlv vj. Sed quare p simplicitate columbe
dedicit johes qr h e qui baptizat i spu
sco nisi qr columbe no cant / qr ecclam
dissipauerunt acceptis cant in ubi cum
no lamat columba h aug sup joh omel
vj. Et hudu e in fratribus pax vera quam
signat osculu columbarum hent oscula
et corui sz in coruis falsa pax i columba
vera pax no omnis qui dicit pax vobiscum qua columba audiendus e / vn distinguit osculu coruorum ab osculu columbarum osculant corui sz laniant / a laniatione innocens e na columbarum ubi igr laniatus no e in oscul vera pax. Ille habet
veram pacem qui ecclam no laniauerunt
na corui de morte pascunt h columba
no hr de frugibus terre viuit innocens
e / vita eius qr vere fres in mundo e in
columba sicut passeres benissimi vel minimus
occiduntur / nil horum columba no de morte pascitur qui laniauit eccliaz de mortibus pascuntur / rogemus ut reuiuiscant qr deuorantur ab eis et no sentiunt h aug sup jo
omel vj. Et sic prime simplicitate et gemitum etiam dei designatur et no p auem
supbam et exaltante se sicut e coruus h
aug ibidem. Sed mitto de archa missus e
coruus et no e reuersus missa e columba et
reuersa e / archa continebat vtrosq hos
genus et si archa figurabat eccliam necesse
est / ut i isto diluuio seculi vtrosqz genus
contineat eccla et coruum et columbam / qui sunt
corui qui sua querunt / qui columbe qui ea que
xpi sunt querunt h aug sup jo omel vj.

Columbas vendentes sunt qui spualia
